



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Dei Præsentia

Le Gaudier, Antoine

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. XVIII. Imagines sacræ nos iuuant, vt Dei præsentiam & sapientiam
consideremus,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50583](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50583)

nis, modò delicias eius guse-
mus, modò regni diuitias &
splendorem & gloriam admi-
remur, modò in altissimo il-
lo perfugio nostro confida-
mus; modò in eo templo in
quo sibi ipse infinitam glo-
riam dicit, illum pro modulo
nostro, nos ei sacrificando
colamus.

CAPVT XVIII.

*Imagines sacra nos iuuant, vt
Dei praesentiam & sa-
pientiam considerare*

mus.



VE etiam per-
tinet piarum i-
maginum, quæ
Christi Domini
vitæ & Passionis mysteria

alio-

aliorumque Sanctorum historia repræsentant; usus, quem diuino consilio ab Ecclesia approbatum fuisse vel inde constat, quod præter plurimas illarum utilitates, mirificè etiam ad Dei præsentiam faciliè apprehendendam conferant. Nam, cum omnium præteritorum olim fidei mysteriorum, Christi Domini vitæ & passionis aliorumque sanctorum descriptæ imagines, viuæ in Deo conseruentur, perinde atque si vel hoc momento fierent; Certè cum imagines oculis nostris obiectas intuemur, facile est in Deo præsentem, eadem illa quæ nobis, in imaginibus proponuntur, velu-

veluti etiamnum re ipsa vere-
que praesentia ac viua con-
templari. Deus enim nobis
praesens, haec etiam omnia vt
praesentia, in se exhibet, quae
tamen non adeo facile possu-
mus, mente concipere, nisi,
quod ipse in se veluti obtegat,
expressum exteriori typo ocu-
lis hisce corporeis aspiciamus
sic enim mysteria quaeque,
perinde atque si subiecta es-
sent sensibus, meditari & gu-
stare facillimum est. Quem-
admodum enim quaecunque
sunt creaturae creaturarum-
que operationes Dei vel ve-
stigia, vel imagines sunt, qua-
rum prototypi in Deo tan-
quam in lucidissimo adamã-
te, representantur, atque adeo

singu-

singulas in Deo & Deum in
singulis contemplari non est
ardui negotium laboris: Ita
quamuis præteritæ res iam
effluxerint, futuræ nondum
sint, ideoque in rerum ipsa-
rum vicem externas imagi-
nes usurpemus, viuæ tamen
& perpetuæ rerum ipsarum
imagines quam in seipsis exi-
stentibus coloratiores, ut D.
Augustinus ait, in illo diuin-
tatis speculo & amplissima tâ-
admirabilis artificis officio
na tota latè æternitate
conspiciuntur.

(::)